

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 1: De sapientia vera (5)

Bernardus:

Sapientia cordis est in punitione peccatorum preteritorum,  
in contemptu presentium comodorum,  
in desiderio futurorum premiorum.  
Invenisti plane sapientiam si prioris vite peccata defleas,  
si huius seculi desiderabilia parvipendas,  
si eternam beatitudinem toto desiderio concupiscas.  
Invenisti sapientiam, si tibi horum singula sapiunt,  
quod non sunt ut hec quidem amata, et ideo appetenda.  
Ista vero valde caduca et transitoria, nimis sunt contempnenda.  
Illa autem ut perfecta bona multo desiderio appetenda.

Sobria siquidem sapientia est in paenitidine peccatorum praeteritorum,  
in contemptu praesentium commodorum,  
in desiderio futurorum praemiorum.  
Invenisti plane sapientiam, si prioris vitae peccata defleas,  
si huius saeculi desiderabilia parvi pendas,  
si aeternam beatitudinem toto desiderio concupiscas.  
Invenisti sapientiam, si tibi horum singula sapiunt  
prout sunt, ut haec quidem amara et omnino fugienda,  
ista quoque velut caduca et transitoria contempnenda,  
illa vero ut perfecta bona totis appetenda desideriis,  
intimo quodam animi sapore dijudices et discernas.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 15.4 (SBO 6.1,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.142, ll.12-19).